AUTHORIS PROTESTATIO.

Quidquid in tam utiliſſimo Tractatu dixerim, ſanctæ matris Eccleſiæ limæ, correctioni, & cenſuræ, & me pariter ſubmitto. Quæ ſi aliud cenſeat, alitérve ſtatuat, idipſum ego cenſeo, & ab ſcriptis deſiſto, teſtórque magis me fragilitate humana tunc labi deceptum, cùm ſana ſit intentio.

INDEX
PARTIUM, ET CAPITUM
quæ in hoc Opere continentur.

P A R S   P R I M A.

Epilogus procœmialis. *pag.* 1

CAP. I.

QUÆ ſit ſupremi Principis poteſtas, quónam jure ſuſtineri valeat in adimenda vi, à judicibus Eccleſiaſticis illata, & de ejus origine, & principio; ubi plura fundamenta (tum utilia, tum protectionis juſtificationi omninò neceſſaria) inferuntur, hactenus à nemine conſiderata. 5

Præludium primum. 9

Præludium ſecundum. 12

Præludium tertium. 14

Præludium quartum. 28

Præludium quintum. 30

CAP. II.

De modo procedendi per regium Senatum in adimenda vi ab Eccleſiaſtico judice illata, non deferente juſtæ appellationi, & de variis formulis, quibus decreta concipiuntur, & quid ſi excommunicatum (prout rogatur) recuſet abſolvere, an ad id cogatur; & an actorum inſpectio in Senatu interim impediatur? & quid ſi ſecundæ juſſioni (quam *ſobrecarta* dicimus) non obtemperaverit. 49

Decretum formulæ. 67

§. I.

Per delationem, atque repoſitionem an & quemadmodum regiæ proviſioni judicem Eccleſiaſticum ſatisfeciſſe dicatur; & quid ſi ſemel repoſitum revocaverit. 74

§. II.

De proviſione proceſſus non integri (*de autos diminutos* à pragmaticis dicta) & quando concedi, & quomodo concedenda. 78

§. III.

Quod jus, ſeu ſtylum, an Rotæ, an tribunalis Eccleſiaſtici, quàmve opinionem Regius Senatus attendere debeat in articulis violentiæ; & an in dubio judicem vim feciſſe decernatur. 80

§. IV.

Proviſio expedita vigore decreti Regii, quo vim fieri eſt declaratum, quemadmodum intimanda ſit Judici degenti in alterius tribunalis diſtrictu, & à duobus judicibus adinvicem procedentibus, exiſtentibus in diverſis tribunalium diſtrictibus, emiſſarum appellationum pro delatione quod tribunal adeundum. 83

§ V.

De his cauſis, & negotiis, quibus denegatur recurſus ad ſuprema Prætoria per hanc viam violentiæ. 84

CAP. III.

Appellanti ab aliquo gravamine, quo finem ſuæ judex juriſdictioni imponit, vel aliter expirarit; ita ut ea penitus ad reponendum careat, vel quando poſt gravamen illatum judex abiit, vel obiit: quemadmodum ſupremus Senatus per viam violentiæ aditus, conſulere queat. 91

CAP. IV.

Ab Eccleſiaſtico judice aliquid reponente mandato & virtute proviſionis Regii Senatus ad quem per viam violentiæ itum eſt, appellationi emiſſæ non deferens an vim faciat. 101

CAP. V.

Oppreſſus qui uſus eſt regio decreto conditionali (quod pragmatici *tertium genus* vocant) an poſſit poſtmodum ſuam proſequi appellationem, & ejus virtute judex inhiberi inferior, ubi latè de natura decreti conditionalis, & quibus caſibus locum habeat. 103

CAP. VI.

Appellationis legitimæ denegata delatio, & attenuata exequutio, ſeu ad ulteriora proceſſus præcisè, an ſimul requirantur, ut violentiam adeſſe declaretur; quid ſi adeſt ſubſequuta exequutio dumtaxat, præcedente tamen delatione appellationis; & quid in actis negativis. 112

CAP. VII.

Regia intimata ordinaria, & pendente recurſu ad Regem; an judex Eccleſiaſticus ſuperſedere teneatur, ita ut interim ab eo geſta, nulla, & attentata dicantur; & an termini interdum ſuſpendantur; in quo quid Rota cenſuerit refertur. 119

CAP. VIII.

Dato ſemel in Senatu decreto ſuper violentia ex actorum inſpectione, illis tamen diminutis: an poſtmodum eis integris, poſſit ejuſdem appellationis virtute, ſuper eodem articulo, & Regius iterum habere recurſus per hanc viam violentiæ. 126

PARS SECUNDA.

CAP. I.

A Sententiis merè interloquutoriis, vel vim diffinitivæ, damnum irreparabile, vel præjudicium cauſæ principali habentibus, an, & quando judex Eccleſiaſticus vim facere dicatur, appellationi non deferens, ad clariorem intelligentiam legis Regiæ, & decreti Tridentini. 133

CAP. II.

Appellationi gravamen præcedenti, ut conditionali, niſi, &c. ſeu etiam minus legitimæ, ubi aliàs licitè interponi potuit: an judex non deferens vim faciet; & quo tunc decreti genere uti ſolet Senatus. 157

CAP. III.

Quando duo gravamina ita ſe habent, ut unum veniat in complementum, effectum, ſeu exequutionem alterius, ſi eſt omiſſum appellari à primo, an à ſecundo appellationi interjectæ judex non deferens vim faciat. 165

CAP. IV.

Quando & quibus caſibus judex Eccleſiaſticus vim faciat, non deferens appellationi interpoſitæ à carceratione, ſeu detentatione, ut qualis ea injuſta ſit intelligatur, & quid ab ejus relaxatione. 167

De indebita incarceratione perſonæ. 174
De injuſta detentatione ratione temporis. 177
De injuſta detentatione ratione loci. 178
De injuſta carceratione ratione ordinis non ſervati. 179
De injuſta carceratione ratione rei & cauſæ. 181

CAP. V.

Ab excommunicatione, ſuſpenſione, vel interdicto, eorúmque rexalatione an judex committere dicatur appellationi emiſſæ non deferendo; & quid à ſuſpenſione vel depoſitione beneficii, vel temporalia reſpicientibus. 191

CAP. VI.

An Judex Eccleſiaſticus vim faciat non deferens appellationi interpoſitæ à ſententia interlocutoria lata ſuper articulis ejus cauſæ, à cujus diffinitiva prohibetur appellari. 202

CAP. VII.

A ſententia adverſam qualitatem habente, alia quæ prohibet, appellationem permittens; ſi appellationi emiſſæ judex in totum non deferat: an violentiam facere dicatur,& quid quando una qualitas apponitur conditionaliter ad aliã,aut etiam ſucceſſivè. 211

CAP. VIII.

A ſententia lata in caſibus, quibus à jure vel ab homine denegatur audientia,appellationi interpoſitæ: an judex Eccleſiaſticus vim faciat, ſi non deferat; ubi de aliis diſpoſitionis verbis, ſub quorum involucro tacitè appellatio ſublata intelligatur. 225

CAP. IX.

A compoſitione,ſeu diffinitione, quam facit Ordinarius Eccleſiaſticus in controverſia ſuper præcedentia in proceſſionibus, tumulandis defunctis, confraternitatibus, & ſimilibus actibus appellationi emiſſæ, an ſi non deferatur, violentia fiat. 237

CAP. X.

A duobus judicibus delegatis,ſeu & aliis in eadem cauſa ſe invicem inhibentibus hinc inde appellationi emiſſæ quis eorum non deferens, an vim faciat, & quid ſi exiſtant in diverſis Senatuum diſtrictibus, ad quem ſit recurrendum, ut uter vim faciat, declaretur, & generaliter quid & quando à qualibet inhibitione, ſive perpetua, ſive temporali appellatio legitima dicatur. 247

CAP. XI.

A ſententia reddendæ rationis contra adminiſtrationem rei piæ, vel profanæ latæ, appellationi emiſſæ non deferens, an vim faciat. 257

CAP. XII.

A ſententia affirmativè, vel negativè lata ſuper attentatis appellationi delegatio denegari nunquid queat abſque metu violentiæ. 262

CAP. XIII.

Si à collatione, electione, confirmatione, præſentatione, inſtitutione beneficii, aliiſve actibus extrajudicialibus appellationi interpoſitæ judex Eccleſiaſticus non deferat; an & quando violentiam facere dicatur ubi exactè quando extrajudicialiter, vel judicialiter proceſſum fuiſſe, vel debuiſſe dicatur, in proviſione beneficiorum. 267

CAP. XIV.

A decretis Ordinarii, putà, ſuper alienatione rerum Eccleſiaſticarum, donatione juriſpatronatus, & ſimilibus appellationi interpoſitæ: an ſi non deferat, judex vim faciat. 299

CAP. XV.

A mandato de reſidendo beneficium vel de ordinando de ordine ei neceſſario, ac etiam à viſitatione, an vis fiat, ſi appellationi interpoſitæ minimè ſit à judice delatum. 304

CAP. XVI.

A ſequeſtro ejúſque relaxatione, ſive etiam à depoſito, vel ejus remotione, appellationi interpoſitæ, an non deferens vim judex faciat. 312

CAP. XVII.

A judice, cui à ſuperiore appellationis ſemel cauſa (etiam tacitè) remiſſa eſt, ad ulteriora procedente in cauſa principali, appellationi emiſſæ, vis an fiat haud deferendo; ubi an hodie ſtante Tridentini decreto, attribuente primam inſtantiam ordinariis,ſuperior valeat articulum committere cum clauſula(unà cum toto negotio principali,quam & quas) & ſimilibus. 321

CAP. XVIII.

A reſervatione, quam facit judex declinatoriæ, ſeu alterius articuli incidentis,ſeu emergentis in cauſa,ad litis diſcurſum,ſive diffinitivam;appellationi interpoſitæ, an, & quando ipſe deferre teneatur; ubi etiam obiter quid ab inordinato proceſſu. 325

PARS TERTIA.

CAP. I.

Si virtute alicujus contractus, quo alimenta promiſſa ſunt, quibus judex ex officio dare jubet (putà filio à patre, patri à filio, & ſimilibus) agatur, à ſententia ſuper tali contractu lata appellationi non deferens, an vim faciat; & quid generaliter à qualibet alimentorum ſententia, vel eorum, quæ celerem executionem deſiderant. 332

CAP. II.

A ſententia reformante alimenta,ſeu penſionem & aſſignate congruam beneficiato, vel coadjutori dato illiterato, ſeu imperito Rectori, œconomóve vacanti Eccleſiæ nominato; ſeu etiam lata pro ſolutione decimarum, mercede famulorum, appellationi emiſſæ, an non deferens vim faciat. 340

CAP. III.

Appellanti à ſententia, qua quis condemnatur, ad ſolutionem penſionis ſuper ejus beneficio appoſitæ; an & quando ob denegatam delationem vis fiat. 349

CAP. IV.

A ſecunda ſententia revocatoria prioris, ſive contra actorem, ſive contra reum lata in judicio ſui natura privilegiato, & non admittente appellationem, an ei interpoſitæ non deferens judex vim faciat; & quid à prima lata contra agentem, & eandem viam privilegiatam intentantem. 356

CAP. V.

A ſententia, ſeu compulſione, quam facit ordinarius Eccleſiaſticus Rectori, vel Parochianis in contributione pro conſtructione Eccleſiæ dirutæ, ſeu etiam à ſententia, qua juſſit, novam aliquam Eccleſiam Parochialem ædificari, eo quòd aliqui Parochiani non poſſunt,vel propter locorum diſtantiam,vel aquarum inundationem, aliámve probabilem difficultatem, matricem adire; an appellationi interpoſitæ non deferens vim faciat. 364

CAP. VI.

Ab eo,quod fit ſecundùm legis, & juris diſpoſitionem, canonicas ſanctiones, aut decreta, à judicéque eas exequente, ſeu ubi jus commune reſiſtit, aut ubi juris & de jure præſumptio adeſt, appellationi emiſſæ non deferendo, violentiam adeſſe an dicatur, ubi etiam exactè de appellationibus frivolis. 369

CAP. VII.

A ſententia declarante,beneficiũ incompatibile vacaſſe, mandantéq;providere perſonæ idoneæ,appellationi interpoſitæ an judex Eccleſiaſticus vim faciat, non deferens procedénſque ad ejus executionem. 376

CAP. VIII.

A ſententia, qua quis ſuſpenditur, privatúrve officio, vel à nominatione muneris, authoritate & utilitate publici, ſive authoritate tantùm; appellationi interjectæ Regia Curia deferri an mandabit. 384

CAP. IX.

Si in judiciis privilegiatis, ſeu aliàs inappellabilibus; ratio appellandi ſit in promptu, appellationi in ſententia emiſſæ an judex non deferens vim faciat; & ibi exactè quando appellandi ratio in promptu eſſe dicatur, præcipuè in proviſione beneficiorum, tam curatorum quàm ſimplicium. 387

CAP. X.

De jure Regio patronatus, & an, & quibus caſibus ab ordinario recuſante inſtituere præſentatum per Catholicam Majeſtatem, certante Regiæ coronæ jus patronatus minimè pertinere, appellationi interjectæ non deferendo, vis fiat. 411

CAP. XI.

A proviſione beneficii ſive curati, ſive ſimplicis per ſuperiorem facta jure devoluto, appellationi non deferens, an judex vim facere dicatur. 436

CAP. XII.

A ſententia lata in remedio adipiſcendæ *ex l. fin. C. de edicto D. Adrian.* aliiſve quibuſvis poſſeſſoriis remediis, an & quando judex Eccleſiaſticus vim faciat, appellationi non deferens, & quid à ſententia continente mixturam. 443

CAP. XIII.

A ſententia à judice ut bono viro arbitrante, vel arbitrio juris, vel in iis, quæ judicis arbitrio regulato, vel etiam libero relinquuntur, ſeu etiam conſcientiæ, poteſtati, ejúſve mero officio, appellationi interpoſitæ non deferens vim an faciat, ubi etiam quid ab actibus, & ſententiis negativis. 454

CAP. XIV.

A ſententia lata in criminalibus cauſis, an, & quibus caſibus judex non deferendo, violentiam facere dicatur, ubi etiam latè quid in notoriis, & quando. 463

CAP. XV.

A ſententia lata partim in favorem alicujus, partim verò contrà, qua ſolus provocavit, quatenus contra ſe erat, quoad cætera conſentiens; an pro parte accepta tranſeat in rem judicatam, ita ut à judice eam exequente appellationi emiſſæ, non declaretur, & quid in via executiva. 368

CAP. XVI.

Tertiæ appellationi per aliquem emiſſæ à ſententia, ſeu articulo cauſæ, aut etiam à tribus conformibus, an, & quando judex Eccleſiaſticus non deferens, vim faciat. 473

CAP. XVII.

A non admiſſione, ſeu rejectione appellationis emiſſæ ſuper aliqua cauſa, ea putà; quia ſunt tres conformes, vel aliàs eſt cauſa inappellabilis; appellationi interjectæ judex non deferens, violentiam facere an dicatur. 479

CAP. XVIII.

A judice deferente appellationi minimè deferendæ, ſeu etiam ab eo revocante delationem,procedentéque ad ſuæ ſententiæ executionem,ſeu ad ulteriora,appellationi interjectæ non deferens,vim an faciat;& quid à declarante appellationem à diffinitiva deſertam. 482.

PARS QUARTA.

CAP. I.

A Præcepto,& expeditione executorialium,quidve in ea potiſſimum ſit ſervandum,ſeu etiam ab earũ commiſſione facta executori; an & quando non deferens appellationi emiſſæ, vim commiſiſſe dicatur. 493

CAP. II.

Quanto temporis ſpatio ſilentium executorialium vires ſeu minuat, ſeu penitus enervet, ubi inter utrumque jus, & regium redditur diſcrimen. 502

CAP. III.

Executorum differentia quotuplex, & de ſingulorũ lata demonſtratione,quando ab eo emiſſæ appellationi denegata delatio vim detegat, ubi quid ſit exceſſus quotuplex, quomodo, quotidie proponatur, aut etiam probetur,aut ab eo quoties appellari licebit. 508.

CAP. IV.

Pro exequutoris exceſſus repoſitione, & appellationis cognitione, judex ejus competens adeundus; & an ab ordinario, Eccleſiaſtico reponere volente exceſſum factum ab executore Apoſtolico, ſeu alterius judicis ſuperioris, appellationis interjectæ haud deferens,vim faciat. 527

CAP. V.

Quid inter ſe diſtent quoad procedendi modum, exequutor ſpeciei certæ, & exequutor quantitatis, juriſve incorporalis,aut executor facti,hoc eſt, compulſor ad factum præciſum, & an, & quando ab eis abſque citatione procedentibus, ſeu excedentibus emiſſæ appellationi minimè deferentibus vis fiat. 531

CAP. VI.

Ab exequutore ſive ſuæ perſonæ aut commiſſionis, ſive ſuperioris mandantis defectu, juriſdictione, & poteſtate carente, & ad ulteriora procedente, appellationi non deferente, an, & quando vis fiat, & an is de hujuſmodi incompetentia cognoſcere queat. 540

CAP. VII.

Ab exequutore rejiciente legitimas exceptiones exequutorialium exequutioni oppoſitas, & admittendas, ſeu etiam admittente rejiciendas; an & quando appellationi interjectæ vim faciat non deferens, ut qualiter excedat, cognoſcatur. 547

CAP. VIII.

An, & quibus caſibus ab exequutore excedente, dum exequitur perſonas in executorialibus minimè nominatas, nec virtualiter comprehenſas, appellationi interpoſitæ non deferens vim faciat; & qualis ii ſint caſus, ſpecificè monſtrantur. 561

CAP. IX.

Ab exequutore exequutionem faciente in quantitate, ſeu rebus minime in executorialibus nominatis, aut taliter comprehenſis;an & quando appellationi denegans delationem,vim commiſiſſe dicatur;ubi plurimi caſus adnotatione digniſſimi inſeruntur. 595

CAP. X.

Ab exceſſiva fructuum,damnorum,expenſarum,intereſſe,pertinentiarum,ac connexorum liquidatione,& taxatione facta per executorem appellationi emiſſæ non deferendo, an vis fiat, ubi exactè quomodo hoc caſu ſimplex gravamen ab exceſſu cognoſcatur. 613

CAP. XI.

Ab executore excedente de tempore ad tempus; an & quibus caſibus (ubi ſinguli valdè utiles annectuntur) appellationi emiſſæ non deferens,vim faciat. 627

CAP. XII.

Ab executore perperam ſententiam interpretante,appellationi emiſſæ,an non deferens vim faciat;ubi latè & utiliter, quæ inter interpretandum præ oculis haberi debeant. 633

CAP. XIII.

Ab executore ſententiæ ordinem præpoſterante, & omittente, an appellationi emiſſæ non deferens violentiam commiſiſſe dicatur. 644

CAP. XIV. & ULT.

De effectibus repoſiti exceſſus, & an tertio rei poſſeſſori non citato etiam clerico afficiat; & an fructus non expreſſos comprehendat, & an exceſſus totam vitiet executionem, vel is ſolus dumtaxat reponendus; & inſuper facta ſemel executione, ſi res iterum deveniat in poteſtatem condemnati, an aliæ exequutoriales novæ requirantur. 649

Approbatio

Approbatio Licentiati BERNARDI DE LUAZES *Senatoris in Regio Tribunali Galleciæ digniſſimi.*

TRACTATUM de Regia Protectione vi oppreſſorum appellantium à cauſis & Judicibus Eccleſiaſticis Auctore D. FRANCISCO SALGADO DE SOMOZA, ex commiſſione Domini, atque Domini Didaci Vela, Vicarii generalis Sereniſſimi Fernandi Infantis Archiepiſcopi Toletani, perlegi & examinavi, nihil in eo Catholicæ fidei, Romanæve Eccleſiæ, nec bonis moribus contrarium; quinimo multa eruditionis & doctrinæ plena, valdè utilia & neceſſaria, omnibúſque tribunalibus profutura inveni. Ideò non ſolùm typis poſſe, ſed etiam debere mandari cenſeo.

Licentiatus Bernardus de Luazes.

HE hecho ver el libro contenido en eſta certificacion, no tiene coſa contra la fe y buenas coſtumbres; y por lo que a mi me toca ſe pued imprimir. En Madrid a 21. de Junio 1623. años.

Don Diego de Vela.

Approbatio inſignis doctiſſimi, necnon nobiliſſimi D. DIDACI GONZALES DE CUENCA ET CONTRERAS, *digniſſimi Senatoris in Supremo Indiarum Conſilio Catholici Regis* PHILIPPI IV.

HE viſto por commiſſion del Conſejo el libro *de Regia Protectione vi oppreſſorum appellantium à cauſis & Judicibus Eccleſiaſticis*, que preſentò pidiendo licencia para imprimirle el Lic. D. FRANCISCO SALGADO DE SOMOZA, y no hallo coſa, que impida el darle la licencia, antes ſegun mi parecer ſe le deve dar, porque el libro es muy util, ſi la materia eſta muy exacta, docta, ſi agudamente tratada, de ſuerte que promete conoſcido fructo, y aſegura mejor, y mas plena intelligencia en ella. En Madrid a 2. de Noviembre de 1633.

Licenciado Don Diego Gonzales de Cuenca y Contreras.

IMPRIMENDI FACULTAS.

JOANNES Claudius Deville, in ſacra Theologia Magiſter, in Eccleſia S. Crucis Cuſtos, DD. Alphonſi Ludovici du Pleſſis de Richelieu, Eminentiſſimi Cardinalis, ac Reverendiſſimi Archiepiſcopi Lugdunenſis pro-Vicarius generalis: Librum inſcriptum, *Tractatus de Regia protectio vi oppreſſorum Appellantium à cauſis & Judicibus Eccleſiaſticis*, Auctore D. FRANCISCO SALGADO DE SOMOZA, ante in duos Tomos diviſum, nunc verò in unum corpus compactum, in lucem edi facultatem concedimus. Lugduni die 2. Novembris 1646.

DEVILLE.

CONSENSUS.

LIbrum hunc inſcriptum, *Salgado de Regia Protectione, &c.* Auctore FRANCISCO SALGADO, typis mandari, & in lucem edi ſumptibus LAURENTII ANISSON, Bibliopolæ Lugdunenſis, Ego Regis Conſiliarius & Procurator in Lugdunenſi Præfectura, non impedio. Lugduni die 6. Novembris 1646.

LORIN.

PERMISSIO.

LIbrum qui inſcribitur, *Salgado de Regia Protectione*, à LAURENTIO ANISSON, typis mandari permittimus, ac ſimul, ne quis citra factam ei poteſtatem denuò excudat, interdicimus. Lugduni die 6. Novembris 1646.

SEVE.

TRACTATUS

TRACTATUS DE REGIA PROTECTIONE VI OPPRESSIONE APPELLANTIUM.

EPILOGUS PROOEMIALIS.

CUM protectio, & ſubditorum defenſio cum ipſo ſit ſimul Regno ab origine orta, ita ut Regni objectum ſit, & cauſa finalis *a*: Regnum ſiquidem propter protectionem vi oppreſſorum, non protectio propter Regnum, aut Regem creatum eſt à Rege Regum & Domino dominantium Deo: ab ipſóque ſupremis Principibus temporalibus ita ſit datum *b*: efficit, ut Vaſſallorum defenſio providè meritóque proprium Regis officium dicatur *c*, attributum naturale inhærens viſceribus regiminis, & qualitas infixa oſſibus, ac ſubſtantiæ diadematis, ita ut regimen, & protectio unum ſit effectum continens, indiſſolubile, & inſeparabile, quæ nec à Rege tolli poſſunt, nec à regimine (cujus eſt anima) ſeparari, niſi ſimul & cum Regno eradicetur *d*; quia de regalibus eſt in ſignum competens ſupremæ poteſtatis, quam ſequitur ſicut umbra corpus, & qualitas ſubjectum *e*, quam Protectionem omni jure, naturali *f*, divino *g*, & poſitivo, tam Canonico, quàm Civili *h*, Rex ſupremus exhibere adſtringitur vaſſallis oppreſſis, non ſolùm laicis, ſed multò fortius Eccleſiaſticis perſonis *i*, tum tanquam Dei Miniſtris, & majori defenſione indigentibus, non utentibus materialibus armis, ſed ſpiritualibus tantùm; nempe, lacrymis, jejuniis, orationibus, carniſque maceratione, & ſui ipſorum abnegationem, nec non modeſtiam & charitatem profitentibus: tum etiam, quia ſunt pars populi, membra, & cives Reipublicæ temporalis in ordine ad defenſionem, & protectionem naturalem *k*, cujus privilegiis gaudent, & ut tales tenentur ad obſervantiam legis politicæ concernentis bonum publicum, ut univerſam laicorum ſimul, & Clericorum utilitatem ſeu conſervationem, non vi compulſiva, ſed vi directiva dumtaxat *l*, ad quorum defenſionem, & protectionem ex debito officii & merito charitatis *m*, & omni jure tenetur Rex, cujus manus murus eſt Eccleſiæ *n*, pax Clericorum, ſalus populi, vita vaſſallorum, caput ſubditorum, tutor Reipublicæ, & præſidium Chriſtianæ Religionis *o*: ad ipſum igitur omnes promiſcuè, tam Clerici, quàm Laïci neceſſitate adſtricti, & vi oppreſſi pro auxilio, & defenſione naturali meritò confugiunt *p*, ut propulſetur tollatúrque & levetur violentia ſibi illata à judice Eccleſiaſtico, denegante legitimæ appellationi delationem, ſuamque ſententiam indebitè, & jure reluctante exequente, ſuis bonis ſpoliante appellantem, carceréque, & cenſuris iniquè plectente; uſurpando ſuperioris juriſdictionem, & privando oppreſſum naturali defenſione ne poſſit ad ſuperiorem recurrere pro medela ſuæ iniquitatis, & injuſtitiæ *q*; quia quemadmodum ipſi appellanti omni jure præcipuè naturali ſit permiſſum, ac licitum propulſare violentiam, & reſiſtere judici exequi volenti violenter & de facto contra jus ſententiam *r*: multò fortiùs ſibi licitum erit, imò urbaniùs faciet ad Principem Supremum recurrere *ſ*: qui abſque ullo ſcandalo violentiæ reſiſtat, præſtet auxilium & defenſionem naturam, cujus proprium officium eſt; ex hoc enim recurſu ad Regem nullatenus infringitur libertas Eccleſiaſtica prout nec indirectè in minimo diminuitur, nec impeditur Eccleſiaſtica juriſdictio, ſed imò potiùs augetur, & ampliatur *t*, cùm finis hujus charitativi ſubſidii, & Regii recurſus in totum directè tendat, ac etiam præcipuè in ejus conſervationem, utilitatem & authorita-

a *Dixi latè c. 1. hac p. 1. à n. 44. & à n. 53. 95. & c. 2. à n. 26. cũ ſeqq.*

b *c. 1. præludio 1. à n. 40. uſque ad fin. præludii.*

c *à n. 92. in d. c. 1.*

d *d. c. 1. à n. 53. & ſub n. 87. & n. 97. & à n. 310. & c. 2. à n. 37. cum pluribus ſeq. & ſupr.*

e *c. 1. n. 97. & c. 2. à n. 32. & ſurſum.*

f *Agitur in d. c. 1. à n. 78. prælud. 3. per totum, & præcipuè à n. 79. & 88.*

g *à n. 99. cum ſeqq. ibid.*

h *d. c. 1. à n. 96. n. plurib. ſeq.*

i *d. c. 1. prælud. 2. à n. 57. & à n. 70.*

k *d. c. 1. à n. 58. cum aliis plurib. in d. præludio 2.*

l *latè diximus d. c. 1. à n. 59. uſque ad n. 60.*

m *à n. 95. ibid. & n. 84. & 88.*

n *d. cap. 1. à n. 70. & 75.*

o *De omnibus iis attributis latè in d. c. 1. prælud. 2. à n. 70. uſq; ad 77.*

p *Diſputatur in cap. 2. à n. 6.*

q *latè præludio 4. d. c. 1. à n. 181. & ſeqq. & de ſupradictis prælud. 3. n. 84. & ſuprà.*